tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complenda, Citatus existens Memoratus Recognoscens Generosus Alexander Domitianus Kahlikowski sive eius successores ad Instantiam praefati Generosi Ludovici Choynacki vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare sui parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem, vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibusque Iuris, praescriptione Terrae bello conventionesque ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Ita quia praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Orzechowskie et Lipskie Coniuges, mutuò inter se Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis psentibus Castren Capitan Premyslien Gnosi Jacobus Orzechowski Subdapifer Terrae Crecen et Zophia de Boguszyce olim Illustris et Magnifici Andreae a Boguszyce Boguski Castellani Sanocen cum olim Illustri et Magnifica Anna Sininska Consorte eius legitima procreata filia Coniuges legitimi ab una et Samuel de Lipie Lipski Generosi Joannis de eadem Lipie in Lipsko haeredis cum Generosa Helena de Boguszyce Consorte eius legitima procreatus filius parte abaltera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competentibus recedendo psenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice acq expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem una pars alteri ac posteris utriusq partis, seac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarys quibusuis habitis et habendis, inscribunt et obligant psentibus Contractum certum inter se Recognoscens ratione certarum rerum et conditionum in eodem Contractu contentarum de actu et data illius hic Premysliae feria secunda in crastino festi Sancti Valentini Presbiteri et Martyris Anno psenti confectum et conscriptum manibus sui Recognoscentium proprys ab utrinq subscriptum in omnibus et singulis eiusdem Contractus conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare omnibusq et singulis eius contentis tam inparte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere Contractum pfatum ad Inscriptionem psentem roboratoriam, et Inscriptionem psentem roboratoriam ad pdictum Contractum vicissim in toto referendo. Idq sub damnis Terrestribus simpliciter 974

absq corporali iuramento taxandis et edicendis, per partem parti cum Successoribus utriusq partis ob non completionem contentorum Contractus praefati omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Proquibusquidem damnis terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex contentis Contractus praefati non completa complenda Citata existens memorata pars una praemissa non tenens sive eius posteri ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere damna praefata terrestria simpliciter taxata lueve Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta, ad Evictorem, vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem Caeterea ultra proximos Officy praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis sive etiam [illegible] Sanocensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq moniones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evitationibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione Terri bello conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eludendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praefatam acta modo sive etiam Castrensis Capitanealis Sanocensis ad quod prius ex ipsis Citabitur

Jan Zdanowicz L. S. Matthias